

MATHIAS BREDENBACHIVS EMBRICENSIS RECTOR.



MAthias natus est apud Girsbenses in Belgia anno circiter 1490. Is à pueris feliciter studijs incubuit, & prima artium & linguarum fundamen-
ta egregiè iecit. Inde quoq; animū ad studia Theo-
logica conuertit, & in ihs plurimū profecit. Itaq;
fa ctum ut ob eruditionem & uarias uirtutes cele-
bris scholę Embricensis Rector cōstitueretur. po-
stea animum ad scribendum conuertit, & Dauidis
Psalmos, ipsiusq; Mathei Euāgelium cōmentarijs
illustrauit. quin etiam cum aduersæ partis Theolo-
gis cōtentiones habuit, atq; libellis editis eorū sen-
tentiam confutauit. Cum hoc modo ueneranda ca-
nitie apud Belgas insignis esset, tandem anno 1559,
ætatis luæ 70 obiit, & à suis honorifice sepultus fuit. Anon.